

A P H O R I S M I

cordant cum eclipsationibus sui temporis in quibus uis est coelestis occulta, & non in omnibus intellecta, eo magis de illis siue illorum qui debiles in radicibus luminaria habuerunt, uel lumenare eclipsatum in reuolutionis anno. Remouentur etiam quam docet effectus directionis in esse boni uel mali a fortis reuolutioe & contra conuertuntur. Ideo astutum esse oportet in iudiciis revolutionum, qui iudicia pronunciat.

Magna reuolutio est illa, quae confortata est ab ebenis primae magnitudinis & existentibus in latitudine zodiaci, siue ab illis existentibus in cenith capitum nostrorum uenit effectus. Majoribus cum significator principalis cum illis manferit. Maxima uero quando cum istis stellis zodiaci erit latitudo nec longitudo ulla,

Mouet homines ad idem reuolutio quando significator rei ad locum eundem suae radicis reuertitur. Et tanto magis durabilior est res significati, quanto figura reuolutionis fortior cum figura radicis configuratur in esse rei promissae.

Non trades iudicium de forma, si prius non Solem considerabis, nec de qualitate & accidentibus si non Lunam. Quia per Solem formam, & per Lunam materiam habemus, postquam misces iudicia aliorum significatorum experimentorumque tuorum non post ponendo regiones situs & loca natorum generationes progeniesque eorum.

Natiuitates quae in apparitione cometarum erunt habentes angulum ascendenter illius siue medi coeli signi in quo uis cometa apparuerit & dominus domus & dominus exaltatiois fortis illius anguli erit. Natis indicabunt aliquid aliud singulare, maximum uenturum ultra significatum propriae figurae, & si ceciderit ille signum in ascendet, & cometa habens motum uerhem etem in decima siue in hemisferio, regem significabit uenturum esse. Si in nona maximum pontificem, si in undecima ductorem gentium. Et si hoc solum fortunae disposuerint sine damnatione infortuniorum, affirmandum est aliquid diuum ex illo esse uenturum, fortificanturque significationes cum prope cingulii zodiaci aut in